



cle
ex
rés
no
acu
ites
ctri
tia
rio
ofas
nen
dul
ho
um
eas
ue





Ad Inuictissimuz
 Principem D. Ma
ximilianuz sforciã
 Ducẽ Mediolani
 D. Equicola uiri
 doctissimi de libe
 rationẽ Italie Ep̃la



Epistola doctissimi uiri Marii Equicola / Ad
 Inuictissimū Maximilianum Sfortiam
 Ducem Mediolani / de liberata
 Italia.

MAxime Ducum Dux inclyte : quem di-
 gnissima appellatione iam Magnificū
 nominare non dubito / Salue : Te enim saluo /
 salui & securi sumus + Tu in aperta pericula te
 fortissime obiiciens / admiranda ista uictoria :
 Salutem Italiae / & Tibi nominis comparasti
 æternitatem + Quis in Italia natus tibi rem / bo-
 na / familiam / & quod tacere & loqui liberum
 sit / debere non fatetur ? Tu uictor / quod uicto-
 ri collibuissest hosti / incendia / direptiones / rap-
 tus / proscriptionem / exilium / & ab Nobilium
 ceruicibus / strictos Gladios substulisti + Tu ue-
 re Hercules ab alti Leonis rabie Principes Ita-
 liae liberaisti / illam ad perpetue Libertatis spem
 erexisti : Illam ad pristinam retinendam digni-
 tatem inuitas / & urges + Per te abundamus glo-
 ria / & amissum recuperamus decus + Te saluo
 nō requirendi nobis referētes signa magni Ca-
 milli : Non cū opimis spoliis Marcelli fortes +
 Te sequi cupiat Posteritas / & si rerū natura pa-
 teret ascribi sibi optaret Antiquitas + Sexdecim

Annos possedit Italiā Hanibal : Adolefcens
Cornelius Scipio in Aphricā Hanibalē reuoca
uit. Tenuit Sexdecim Annos Italiā Gallus/do
nec Adolefcens Maximilianus/Hercules/ ma
gna strage illū fugauit. Scito uictoria uti/con
tempta Scintilla incendiū sepe excitauit maxi
mum. Effice/ut quæ adimisti/mala non sint re
diuua. Cura/ut quæ præstitisti bona/non sint
unq̄ caduca: quod forte certo scio. In te siquidē
prudens magnanimitas/clemēs animus/& hu
manitas non uulgaris: Illaq; præcipue/ quæ ad
res gerendas maximas/maxime est necessaria:
Liberalitas amabilis.

¶ Gratulor igitur Italico nomini/q; te duce ab
Alpibus immissa tempestas/ nostros uastatura
Agros/dissoluta est: Qd̄ ex Hadriatico sinu in
nostrum tumentes caput procellas / in malaciā
reddidisti. Gratulor Italiæ/q; te tulit. Gratulor
tibi/ q; non sine numine/præter omniū opinio
nem/in auitum Imperium ascitus/ regnas diui
nitus. Viue igitur/ ut nos uiuere delectet: qui
bellicosissimam/ nobilissimamq; Gallor; natio
nem/ uelut Fulmen perculisti. Felix imperes/q;
Io. Iacobum Triultium uirum magnanimita
te Consilioq; præstantissimum/prius dare terga
coegisti/ q̄ se uictū cognosceret: Qd̄ Tremoliā

fortunatissimū Principem / rei militaris scien-
 tissimū Armis Fortunaq; uicisti. Felix regnes:
 Fortunam loci superasti/ Tuis aduersam felix
 uincas: Pater Patriæ/hostium domitor/ Liber-
 tatis assertor/ publicæ letitiæ restitutor felix ua-
 leas: Salutis dator/quietis auctor/Superi te ser-
 uent / quos ego supplicibus rogo uotis: Hunc
 saltem euerso Iuuenem succurrere seculo/ne pro-
 hibeto: Satis penarum datum est/si quid deli-
 quimus. Detis huic quam meretur etatem/ Au-
 geatisq; quem dedistis animū. Hæc ego tui no-
 minis amantissimus / quæ possum præsto Dux
 Inuictissime: Bene uale. Mantuæ Quarto Idus
 Iunias. M. D. XIII.

M. Equicola.

O Fortunati si quid mea carmina possunt
Heluetii proceres/genus insuperabile bello;
Nulla dies unq̄ memori uos eximet æuo
Vestra ope/uestra inq̄ Gallus uirtute superbus
Terga dat/& spoliis fama; relinquit onustos;
Hec uero/nec te Iuuenis memorande silebo
Inclyte Dux/cui fata fauēt/quē numina poscūt
Quem pius/e/cælo tandem miseratus ab alto
Iuppiter/ in Patriam soliumq; reduxit auitum
Tu Dux/ tu Comes assiduus sociusq; laborum
Heluetiis præsens uires atq; arma ministras
Et persepe tuo cadit improbus hostis ab ictu
Macte animo/macte ingenio/macte acribus ar
Ecce tibi Insubria assurgit/mirat' /adorat (mis
Quē modo nescierat/pridēq; reliquerat hosti;
Tu uero generose puer reminiscere queso;
Parcere subiectis/& debellare superbos.